

cognomen DEI. Sic enim laudatus Author: (99) ולא שבועה בלבד
אלא כל כנוי שבועה כשבועה וכל האומר לאו לאו שני פעמים
דרך שבועה או הן הן והזכיר שם או הכנוי הרי זה כהנשבע
אמר איסור לה או למי ששמו חנון שאעשה או שלא אעשה
הויאר והוציאו בלשון שבועה הרי הויה כשבועה

h. e. *Nec hoc tantum juramentum est, verum omne Synonymum Jura-
menti habetur pro juramento, & omnis, qui dicit: Non, Non, duabus vici-
bus, animo jurandi, aut: Ita, Ita, aut mentionem facit nominis DEI aut
cognominis; Ecce, hoc idem est, ac si jurasset. Qui dicit, prohibitum hoc
sit DEO, aut illi, cujus nomen benignus, ut faciam, aut ne faciam hoc, vel
ne faciam hoc vel illud, si juramenti loco protulerit, hoc quoque pro jura-
mento censetur.* Ex quibus facile explicare poteris dictum Matthæi (100)
Ἐγὼ δὲ ὁ κύριος ὑμῶν, ναί, ναί, ἔ, ἔ, τί, δὲ παρὰ τὸν νόμον ἢ τὸ
ἐπιταγή. Ubi Christus concedit quidem Phariseis, dicere: Ita, Ita, Non,
Non, sed prohibet quicquam addere, subintellige, de nominibus s. cogno-
minibus divinis, alias enim & hunc ipsum sermonem juramenti formam
induere. Vid. pluribus *Sam. Petitum*, (101) *Lud. Capellum* (102) *Joh Light-
footum*, (103) aliosque Commentatores.

(99) *loc. cit.*, c. II, §. 6. 7. (100) c. V. 37. (101) *Var. Lect.*, c. XVI. (102) *in spicilegio*
p. 141, quod annexum est *observationibus in N. T. Jac. Capelli*, editumque *Am-
stelod.* 1657. (103) *Hor. Talm.*, ad h. l.

§. 12. Hisce juramentorum formulis interdum execrationem ad-
debant, ut §. 6. ex *Maimonide* annotavimus, eamque vel explicitam atque
apertam, vel implicitam & subintellectam, cujus rei exempla in scriptu-
ra passim invenies. Addita explicita execratione jurarunt Judæi, quorum
mentio fit *Jud. XXI. 18.* ubi Seniores populi Judaici in causa matrimonii
Benjaminitarum provocant ad juramentum majorum, h. m. ואנחנו לנו
נוכל לתת לחים נשים מבנותינו כי נשבעו בני ישראל לאמת
h. e. *nos non possumus dare illis uxores de filiabus no-
stris, quia jurarunt filii Israel, dicendo: Maledictus, dans uxorem Benja-
mini.* Idem observabis in juramento exploratorum Terræ Sanctæ, mere-
trici Rachab præstito. Hæc enim cum juramentum ab illis urgeret, quod
facturi essent misericordiam cum domo patris sui, quemadmodum ipsa fe-
cerit cum illis, respondent exploratores: (104) נפשינו החתיכם
למורת אם לא תגידו את דברנו והיה בתרת יהוה לנו את
הארץ